

FRANCISCUS  
ARCÆUS  
MEDICUS BENEDICTO

*Ariæ Montano Theologo S.*



HIRURGICAM curandi rationem, nobis assidua lectione, & longo usu comparatam, cujus editionem tu à me diu non postulaveras modò, sed religione etiam objecta flagitaveras; quanquam ipsa medicinæ exercitatione vehementer occupatus, tandem tamen ad publicam utilitatem conscripsi: quam cum longiorem & copiosiorē esse illa ipsa curandi negotia non sinerent, certam tamen, & diligenti experimentorum fide comprobatam esse, effecerunt. Cujus rei testimonia, illustrissimaque exempla, cum nobis abundè occurrerent, quædam solum addere placuit ad difficiliōres rationes spectantia, quorum tu, dum Llerenæ euangelicam pietatem publicè docens à me chirurgiam disceres, testis affuisti; nam ferè eodem tempore hæc omnia exempla simul edita sunt.

H S

D E



## DE VULNERIBUS

in capite Exemplum.

**Q**Uantum simplicibus capitis vulneribus, in quibus cranium læsum non sit, loci ad aperiendum consuetudo vulgata contra id quod initio præcepimus, tum nocuenti tum moræ ad sanandum afferre possit, præter alia multa exempla, unum illud satis confirmat, quod in Joanne Gometio de columbis Cazzallensi editum est, qui Philippi Regis nostri stipendiis terras montesque mineralium investigandi causa rimatur: is dum altè defosso specu unà cum operario inquisitione suæ operam daret, ad conspectam repentè glebam, quæ metalli specimen habere videbatur, manu tollendam sese festinus demittit, quem socius imprudens librato jam atque improvise ictu ligonis altero dente obliquè, ac non graviter percussit in dextera capitis parte, super os quod laterale dicitur: nec verò vulnus ad cranium pertigit, neque ullam rupti ossis significationem dedit, quoniam revera os minimè fuerat læsum. Huic imperitus chirurgus, vulnus adaperiens, vehementer auxit, crucemquæ tribus digitis quadratam incidit, & cranium satis pro arbitrio detexit:

deinde



deinde multos dies digestivis, & oleo  
 usus est, adeò profusè, ut ultra quin-  
 decim regios nummos oleò, & ovis ad-  
 hibendis impendisse dictus sit: ex quo  
 evenit, ut non modò detecta cranij  
 pars, sed multo etiam major undique  
 portio corrupta fuerit. tandem post al-  
 terum jam mensem cum ego à D. Fran-  
 cisco Mendocio, qui Regis mandato  
 metallorum rationibus & operibus, cu-  
 ræque omni præerat, accersitus homi-  
 nem visissem, Llerenam, ubi publico  
 stipendio medicam artem exercebam,  
 adduci jussi. Huic cum satis magnam  
 ossis partem extrahere opus esset, quæ  
 tamen angustiiori vulneris apertione  
 produci non posset, cumque ego tantun-  
 dem aperire recusarem, orificium ad ar-  
 gentei nummi, quem regium vocant,  
 magnitudinem trepanis feci, ita ut  
 membranæ extarent, atque ea parte pus  
 quod intus corruptum erat, quodque in  
 dies conficiebatur, purgari posset; atque  
 ita balsamo illo à me descripto & empla-  
 stro, de gummi elemij, & filis tam diu  
 curationem prosecutus sum, quo ad in-  
 strumentis leviter quotidie expertus, os  
 ipsum circumquaque abscissum esse, &  
 duram matrem superinducta jam carne  
 constare intellexi. Igitur ut os ipsum  
 magnum minori multo foramine extra-



herem, instrumentum mihi ad trepani instar comparavi, quo foramen facerem, quantum ferreus fusus sceminarum nostratum facere possit: quo ferro contiguus ferri pertusionibus in crucis modum os totum corruptum perforavi; opus autem ipsum à medio loco inceperam, qua superius vulneris ipsius osculum patebat, quod ad argentei nummi magnitudinem paraveram. Foraminum verò intercapedinem, levatore dicto instrumento interrupi: facile enim os ipsum rumpenti cedebat. Hæc ubi jam expedieram, unam primum ex his quatuor portionibus instrumento attollens, extraxi, & alteram deinde, & tertiam: quartam, quæ maxima erat, in postera diem reliqui; quam tandem extraxi. Totum autem os laterale appellatum, & petrosi etiam ejusdem lateris bona pars, & coronalis quoque non exigua portio, quæ in anteriorem partem vergit, extracta est; ex petroso prodit quantum ferè ad auriculæ originem extenditur. His autem ossibus extractis, dura mater quæ jam interim inducere carnem cœperat, ultra modum etiam induxit, adeò ut exuperantem carnem ex orificio illo, quod jam pridem feceram, bis fuërim coactus rescindere: adeò autem duram experiebar, ut forcipibus vix possem rescin-

resci  
habe  
cessi  
sum  
suis  
plen  
ossa  
dict  
tum  
post  
extr  
mul  
est t  
por  
ris c  
& c  
li ta  
qua  
divi

B  
dug  
pit  
rum  
diit  
me  
tud  
ter



rescindere. Post hæc autem cum melius habere statim cœpisset, Cazzallam discessit à quo post mensem ferè accersitus sum, quòd in capite super occipitis ipsius os, magnum tumorem ac pure etiam plenum haberet. quem cum aperuissem, ossa multo etiam magis, quàm quæ prædicta sunt, corrupta esse deprehendit: tum vero Llerenam ad me venire iussu, postera die satis ex arte subtiliter ossa extraxi tria etiam prædictis æqualia, sed multo magis corrupta. Relictus autem est toto ferè occipitis osse carens, atque portione etiam non exigua alterius lateris ossis sinistri. vulnera autem ipsa carne & cute undiquaque obducta sunt: molli tamen & tactui cedente constitutione, quæ paulatim durefcit homo autem ipse divino beneficio liberatus bene habet.

*De Barriga exemplum.*

**B**ARRIGA satis apud Llerenenses notus homo, vulnus longiori (quem verdugum, nostri vocant) in pectore accepit, secundum sinistram mamillam duorum digitorum spatium ferè distans, prodiit autem gladius recta via juxta spinam medullarem, quanta digiti unius crassitudo est, à spina devians, paulum sub tergi osse prominens, & pulmonis pinna  
sive



five ala sinistra, non longè à corde, ut  
 situs ipse indicat, trajecta est. Curatus  
 autem est ea ratione, quæ à nobis primo  
 posterioris libri capite descripta est:  
 dumque curatio procederet, decima,  
 postquam vulneratus est die, sanguis ex  
 pulmonis vulnere satis copiosus erupit,  
 ob continuum pulmonis motum, qui in-  
 tra pectus ipsum confluens concretus  
 est. proxima autem curatione, magnæ  
 concreti sanguinis portiones, unà cum  
 pure confecto ex vulnere prodierunt,  
 non sine adstantium admiratione, quòd  
 majores etiam viderentur partes, quàm  
 ut exitura capi & emitti posse crederen-  
 tur. His animadversis accidentibus, cum  
 nimiam quotidie puris copiam bis sin-  
 gulis diebus curatum effundere viderem,  
 intentionem mutare decrevi: atque eo  
 modo quo fistulas curari docuimus, ex-  
 perire constitui, statimque incepti. Cum  
 autem per duos dies eam quæ illic de-  
 scripta est, aquam bibendam exhibuis-  
 sem, omnis sanguis concretus unà cum  
 pure tandem prodijt, duobus alteris die-  
 bus pus etiam defecit, statimque febris  
 liberatus est: ac brevissimè sanus, adeò  
 atque adeò pinguis evasit, ut magna iis  
 qui hominem viderint, divinarum lau-  
 dum materia oblata sit, vivit ille & opti-  
 mè habet.



DE

## QUODAM LUDOVICI

Zapatae familiari exemplum.

**H**omo hic D. Ludovici Zapatae familiaris pugione lato quater petitus à tergo & percussus est sinistro latere: sed ex illis vulneribus unum sex digitorum spatio sub humero acceptum est. quod scapulare os cum tentasset, resiliante ferro, inter os ipsum, & carnem, quantum septem transversis digitis mensus saepe sum, descendit, quo ad scapulae regione transmissa inter costarum spatia mucro obtrusus ad cavitatem ipsam corporis penetravit. Ante autem quam ego accersitus accederem, copiosum sanguinem ex omnibus vulneris partibus diffusum, in cavitatem ipsam promanasse, ex ijs quae postea acciderunt, conjecturam facio: ille verò sanguis foris promanare non potuit, quod cute & carne obductum vulnus deorsum penetrabat, quo influxus commodius tendere verosimile est: nam prima mucronis apertio altior erat quam ut sanguis commodè erumperet. Ita ego cum primam curationem incepissem, nequi negresum directum invenirem, non magis quam caetera penetrasse existimassem,

nisi



nisi diligentius etiam tacto loco, & digito immisso, vulnus illud deorsum ulterius, quam ipse digito persequi possem, descendere cognovissem. Cum igitur ad cavitatem penetrare vulnus deprehendissem, locum eregione costarum, quâ penetrare intellexi, aperui, incisa ex directo cute & carne, ita ut immissus digitus ad interiora facile admitteretur, & pulmonem etiam qui secundum spinam est, attingeret.

Curatus autem est eo quem descripsimus, modo in vulneribus pectoris penetrantibus. Ac primis quidem curationibus nullum pus confectum est, sed quædam tantum humiditas exigua admodum effluebat. Quarta verò die aqua sanguineo colore effluit, qualis ea est in qua carnes lavantur, in dies autem consequentibus curationibus, copiosius effluebat, adeò ut singulis curationibus vas, quod scutellam vocamus, impleret. utque commodè, & citò efflueret, ægrum tussire, aut respirationem continere jubebam: quatur autem per singulos dies à me curabatur. præter id autem quod inter curandum effluerat, noctu ac diu fluxus ipse non sistebatur, adeò ut lectus lacunæ instar haberet. Igitur quarta die, cum huiusmodi aquæ effluxum sine ulla puris specie perseverare adhuc

adhu  
bis p  
exhib  
biber  
aqua  
nis n  
sed it  
liqui  
to et  
prod  
naci  
deflu  
bat  
dem  
tò ab  
quan  
quan  
aut  
que  
batu  
to ac  
ob re  
dei i  
rum  
rum  
mod  
post  
bri l  
que  
copi  
est



adhuc conspexissem, aquam illam nobis proximo exemplo indicatam ægroto exhibere institui: statim autem ex quo bibere cœpit, per duodecim dies major aquæ sive saniei copia, sine ulla hominis noxa, aut gravi aliquo sensu prodijt; sed ita adedò ut secundo die subalbida & liquida prodierit; tertio autem die multo etiam albior, quoad ita alba & densa prodijt, vase, in quo excipiebatur, tenacius hærens, ut vix etiam inclinata deflueret. parcius autem in dies prodibat, usque ad duodecimam, qua tandem defecit, atque vulneris ostium subito ab interiori parte oclusum est: quod quanquam ego ferramentis nonnunquam adaperirem; nihil tamen aut puris, aut eiusmodi humoris remittebat; neque spiritus ea ex parte, ut antea, reddebatur: atque ita curatio processit, ægroto adhuc continua febre correpto. quam ob rem tribus diebus aquæ illi binos hordei integri pugillos, & passularum tularum cum suis acinis ternos; tamarindorum verò uncias binas addidi. atque hoc modo febris evanuit. Decima autem die post hæc gravi pectoris difficultate & febrilaborantem hominem offendi; eumque ex vulnere illius aquæ, sive saniei copiam prodijisse sine pure deprehensum est; tenta indita plus adhuc saniei defluxit.



xit. atque hoc modo per sequentes sex dies habuit, minus in dies aquæ ex vulnere emittens. Post hæc & fluxus constitit, & vulnus sanatum omnino est: atque homo ipse egregiè adhuc Dei salutaris ope valet.

*De modo componendorum medicamentorum, & de nonnullis medicamentis, tum simplicibus tum compositis, ad omnes peccantes humores.*

Hi, qui medicinam facere aggrediuntur, commoda & incommoda à medicamentis provenientia potissimum intelligere debent. hæc autem apud Avicenam, & Scriptores alios legi poterunt. cognoscendæ etiam sunt simplicium medicamentorum qualitates, nec non quas corporis partes respiciant. Sunt enim medicamenta; quæ peculiarem corporis partem roborant, ut Mentha totum corpus calefacit, sed stomachum potissimum, quod fit per quandam illius herbæ, & stomachi sympathiam, ut alibi diximus de Betonica, Melissa, Cucurbita, Chamæpity, Nuce Moschata, Chamædry, Lauro, Centaury, quæ caput respiciunt. Considerandum etiam est



est in decoctis præscribendis, ut quæ crassioris substantiæ sunt, primo loco ponantur; nam primo, & diutius decoquendæ sunt radices. secundo loco herbæ, tertio semina, quarto fructus, quinto flores, sexto aromata. Illud etiam sciendum est, quòd radices, & semina pondere, herbæ manipulis, flores pugillis; fructus verò numero mensurantur. Exemplum contra obstructionem & calidam hepatis intemperiem syrupus ita describendus erit.

℞. Corticum citri radicum centaurij ana ℥ ij. Contra obstructionem & calidam hepatis.

corticum radicum apij sæniculi, petroselinii, quæ per noctem in aceto infusæ fuerint, ad calorem illarum contemperandum, ana ℥ j.

secundo loco, endiviæ non lotæ, scariolæ, hepaticæ, lactucæ, scolopendrij capill. ven. ana. m. iij.

tertio loco, quatuor seminum frigidorum majorum, & minorum ana ℥ ij.

quarto loco, prunorum fujubarum sebesten ana numero xxx.

quinto loco, florum violarum nymphææ, rosarum ana p. j. vini malorum granatorum ℥ v.

santalorum omnium ana ℥ iij.

sacchari albi q. satis est, & fiat syrupus.

Exemplum in intemperie frigida.

℞. Cor- Ad frigid. hepatis.



℞. Corticum radices raphani, fraxini,  
genistæ, apij, fœniculi, petroselini,  
graminis, asparagi ana ℥ j.

menthæ, melissæ, chamædryos, chamæ-  
pityos ana m. j.

quatuor seminum frigidorum majorum  
℥ ij.

florum chamæmeli, meliloti, stæcbadis,  
rosmarini, genistæ ana pug. j.

caricas pingues num. xx.

squinati cinnamomi ℥ j.

sacchari mellis ana ℥ ℥.

Notandum est, quòd in compositione  
syruporum laxativorum ponenda sunt,  
quæ laxandi vim habent inter flores, si  
tenuiorum partium sint; si verò sint par-  
tium crassiorum, inter aromatica, vel  
semina, & flores conjunge, pro ratione  
decoquendorem. Exemplum pro melan-  
cholico humore.

Pro  
humore  
melan-  
cholico.

℞. Corticum superius dictorum ℥ j.  
herbarum superius dictarum ana ℥ j.  
deinde adde.

℞. Senæ cuscute, polypodij quercini, semi-  
num cartami, agarici ana ℥ ij.

florum ameos violarum stæcadis ana p. j.  
potes deinde addere aromatica, & saccha-  
rum. post decoctas herbas facienda ta-  
men primò est colatura herbarum & ra-  
dicum, cui addenda sunt laxativa & aro-  
matica. Illud maximè observandum in  
me-



medicamentis præscribendis, ut herbæ manipulis radices unciis, flores pugillis, fructus numero præscribantur. In laxativorum compositione doses cognosci debent: est enim plus discriminis in illis quàm in aliis medicamentis. & quia simplicium medicamentorum veræ doses tradi non possunt, nisi cum delectu & ratione; ideo medicamentorum facultates peculiariter sunt cognoscendæ, & alia etiam quæ in illis exhibendis respicere oportet; quæ sunt, ægrotantis vires, temperatura, ætas; regio ipsa, & anni tempus, & ejusdem constitutio. ideo difficile est simplicium & compositorum medicamentorum doses tradere & docere, & pro ratione eorum, ex quibus componuntur, doses augendæ sunt vel minuendæ. Exemplum. Diacatholicon ex fortibus medicamentis non constat; ejus dosis est  $\mathfrak{z} \text{ j}$ . electuarium de succo rosarum, & diaphœnicon medicamenta fortiora recipiunt, nempe dacrydium: eorum dosis est  $\mathfrak{z} \text{ ss}$ . cum sola exhibentur: cùm verò aliis admiscetur, dosis erit immutanda. Exemplum in evacuatione cholerae & phlegmatis. cùm. s. æquis portionibus commiscenda sunt medicamenta, dosis ita constituenda erit.

℞. *Electuarii diacartami, electuarii de succo rosarum ana*  $\mathfrak{z} \text{ ij}$ .

Doses  
compos.  
medi-  
cam.



non autem ana ℥ ℥.

notandum etiam, quod si cholera magis redundat quàm phlegma, tunc in majori dosi exhibendum erit electuarium de succo rosarum: si e contra major sit copia phlegmatis, diacartami dosis augenda erit. & hac ratione composita medicamenta miscenda sunt. Eadem ratione in simplicibus medicamentis procedendum.

purgatio ℞. Rhabarbari electi, turpeti gummosi ana ℥ ℥.

spicæ Zinziberis ana ℥ j.

fiat pulvis cum saccharo. & nota, quòd rhabarbari dosis est ℥ j. ℞.

Turpeti dosis illi æqualis est, sed ratione compositionis cum simul miscentur, dosis est minuenda. si verò simplex medicamentum exhibendum fuerit, in sua dosi integra exhibebitur. Exemplum in evacuatione cholerae.

Cholera purgat. ℞. Electuarij de succo rosarum ℥ ℥. exhibeatur in aurora, in evacuatione phlegmatis.

Me- ℞. Diacartami ℥ ℥. in evacuatione melancholiae.

lancho- ℞. Diasene ℥ j. purgat. hic dosis augenda est; nam medicina non est fortis. notandum est quod propter medicamentorum commistionem compositorum doses aliquando augentur, aliquando minuuntur ut. ℞

℞. el  
dia  
dia  
tri  
pul  
spe  
ma  
cap

pot

in las  
immu  
mus.  
dicio  
nuam  
contu  
Ex

usc  
cor  
à Me  
endiv

T  
usc  
&

co  
quæ  
A



℞. electuarij de succo rosarum ℥j.

diacartami ℥ij.

diacatholici ℥ij. ℞.

triferæ sarracenicæ ℥iij.

pulveris trium santalorum ℥j.

specierum diagalangæ ℥j.

mastichis capill. ven. ana ℥j.

capiatur modo opiata. s. in sex diebus,

nam opiata una dosis est ℥vj.

poteris & tuo iudicio his addere de opiatis

aliis ℥ij. vel iij.

in laxativis præscribendis; quibus non immutatis ad plures dies uti consuevimus. id observandum est, ut nostro iudicio illorum dosim augeamus vel minuamus, prout ægrotantes laxiori, aut contumaciori sunt alvo.

*Exemplum in educenda cholera rhabarbari*  
dosis ℥j.

usque ad ℥iij.

corrigitur cum G. vj. spicæ & aliis quæ à Mesue traduntur, & nocte una in aqua endiviæ macerandum est.

Tamarindorum dosis est à ℥ij.

usque ad ℥j.

& corriguntur cum aqua casei. dacrydij  
dosis est ℞.

corrigitur cum G. ij. mastichis, & aliis quæ tradit Mesues.

Myrobalanorum citrinorum dosis est à

℥ij. ad ℥v.

in



*in infusione verò à ℥ v. ad ℥ xx.*

*myrobalanorum cepulorum tritorum dosis est à ℥ ij. ad ℥ iij.*

*in infusione verò à ℥ iiiij. ad ℥ x.*

*myrobalanorum empellitricorum tritorum ab aureo uno ad aureos tres in infusione ab aureis tribus ad aureos sex, corriguntur*

*aqua casei, & alijs quæ dicuntur à Mesue.*

*Aloes. dosis est à ℥ ss. ad ℥ ij.*

*à ℥ ss.*

*ad ℥ ij.*

*in infusione ab aureo uno ad aureos tres, corrigitur tragacanthii ℥ ss.*

*alijs quæ affert Mesues: ex solventibus medicamentis aliqua tutò, aliqua non sine discrimine exhibentur; ideo illorum dosim omitto. Est etiam compositorum medicamentorum tradenda dosis, eorum, inquam, quæ choleram educunt, quæ pro ægrotantium viribus augenda est, vel minuenda.*

*Electuarii de succo rosarum dosis est ℥ ss.*

*diaprunis solutivi dosis est à ℥ ij. ad ℥ ss.*

*triferæ sarracenicæ dosis est ℥ j.*

*de pilulis choleram educentibus.*

*Pilularum aurearum dosis est ℥ j.*

*pilulæ communes ad ℥ ij. exhibentur.*

*Pilularum è fumaria dosis est ℥ j.*

*pilularum è rhabarbaro ℥ j. ss.*

*hæc autem omnia pro iudicio medici, & ægroti viribus. Sunt præter hæc alia solutiva, sed his ut plurimum utimur. mutantur & doses medicamentorum in*

*pe-*

pecu  
dose  
regio  
rendi  
fit sc  
boru  
sunt  
majo  
de m  
Turp  
ex  
co  
ag  
in  
co  
ex  
co  
Eled  
Bene  
Hier  
Hier  
Hier  
Diac



peculiaribus regionibus, tunc eorum doses à medicis & pharmacopolis illius regionis sunt addiscendæ. Animadvertendum etiam est, an in medicamentis sit scammonium, colocynthis, aut elleborus: quæ enim hæc recipiunt, fortes sunt medicinæ, ideo non exhibentur in majori dosi quàm ad ℥ iij. aut ad ℥ ℥. de medicamentis pituitam ducentibus.

Turpetum à ℥ j. ad ℥ ij.

exhibetur in infusione ad ℥ iiij.

corrigitur cum zinziberis ℥ ℥.

agarici dosis est à ℥ j. ad ℥ ij.

in decoctione verò ad ℥ v.

corrigitur sale gemmæ colocynthis à ℥ j. ad ℥ ℥.

exhibetur: corrigitur tragacantho. Polypodij dosis est à ℥ ij. ad ℥ ℥.

corrigitur ℥ j. anisi. Hermodactylorum dosis est à

zinziberis. Cartami dosis est à ℥ iij. ad ℥ ℥.

corrigitur tragacantho & mastiche.

Turpetum dosis ℥ j.

Agarici dosis

℥ j. ad ℥ ij.

Colocynthis dosis

a. ℥ j. ad ℥ ℥.

Polypodij dosis

℥ j. ad ℥ ℥.

Electuariorum pituitam educentium doses.

Benedicta	} Diaturpeti Electuarium de citro Daphœnicon	} omnium dosis est ℥ ℥.
Hiera ruffi		
Hiera pura		
Hiera logadii		
Diacartam		

I Pilule.



*Pilulæ.*

*Pilulæ* { ex agarico : cocia : lucis :  
 { arthreticæ : ex hermodactylo :  
 { ex eupatorio. è hiera :  
 { alephanginæ : ex euphorbio :  
 { è castorio : è quinq; myrobalanis  
 { ex mezenno.

Notandum, quòd electuaria Indum  
 majus & minus phlegma educunt, &  
 ejusdem ferè sunt facultatis; in hoc dif-  
 ferunt, quòd electuarium Indum mi-  
 nus non est adeò calidum. *Turpetum* &  
*scammonium* choleram & pituitam educunt.  
*Diaphænicon* medicamentum est compo-  
 situm, & ad ægitudines & febres compo-  
 sitas utile est, & ad chronicos morbos est medi-  
 camentum tutissimum : confert coli doloribus  
 & ægitudinibus ventris, humoribus crudis  
 & frigidis; & est solutivum aptissimum.  
 Electuarium Indum majus educit redun-  
 dantes humores speciatim pituitosos &  
 putridos à stomacho, & membris nutri-  
 tioni inservientibus, & flatus in illis  
 contentos dissolvit.

*Dosis simpl. medicamentorum edu-  
 centium melancholiam.*

Senæ dosis est à ℥ ij. ad ℥ iiij. infusæ  
 verò dosis est ab ℥ ℥. ad ℥ j. corrigitur  
 autem ℥ j. Zinziberis, aut glycyrrhizæ,  
 aut

aut x  
 lazuli  
 si nov  
 dem c  
 ℥. ℥.  
 ter la  
 Dosis

ru  
 Diase  
 Diac  
 Hier  
 Trife  
 Hi  
 & rel  
 & vis  
 cit : c  
 turæ  
 tus d  
 juvat  
 fistul

*Pil*

*Pil.*

No  
 gidis  
 dicar  
 regio



aut xilobalsami, aut cuscute. Lapidis lazuli dosiſ est à ℥ j. ad ℥ ij. corrigitur, si novies lavetur. Lapis armeniacus eadem doſi exhibetur. Epithymi doſiſ est ℥ ℥. corrigitur, si aqua rosacea bis aut ter lavetur.

*Dosiſ compositorum medicamento-  
rum educentium melancholiam.*

Diasenæ	} Diacar- tami	} omnium doſiſ ℥ j.
Diacatholici		
Hieræ ruffi (cæ		
Triferæ Sarraceni		

Hiera ruffi caput purgat, stomachum & reliquum corpus ab humoribus crassis & viscidis; & atram bilem tantum educit: confert mania, epilepsia, oris tortura, & paralyſi, & melancholia: flatus discutit, stomachi concoctionem juvat; & est medicamentum conferens fistulis, ulceribus cancriſ, & lepra.

*Pilulae humorem melancholicum  
educentes.*

Pil.	{	ex fumo terræ.	} omniū doſiſ est à ℥ j. ad ℥ iiij.
		ex elleboro	
		ex lapide lazuli.	
		ex epithymo foetida	

Notandum, quod in regionibus frigidis & transmarinis in majori doſi medicamenta exhibenda sunt quam in aliis regionibus.



Confectio Hamech confert ægritudinibus ab atra bile & humoribus adustis, ut mania, melancholia, vertigini, oblivione, & ægritudinibus cutis, ut scabiei, morpheæ, lepræ, carbunculo, elephantia, & impetigini.

His absolutis, doceamus dosim medicamentorum quæ tuta sunt, & audacter exhiberi possunt. Primo loco de his quæ bilem purgant, loquemur. Secundo loco ea quæ pituitæ conferunt, exponam. Tertio loco ea quæ humorem melancholicum respiciunt, explicabo. In universum, dico quòd istorum debiliorum medicamentorum, aquarum, & electuariorum roborantium, & non solventium dosis est  $\zeta$  j.

*Syrupi ad bilem.*

Syr. de endivia	Syr. acetosus simplex
Syr. è capill veneris	Syr. è ribes
Syr. violaceus	Syr. de limonibus
Syr. de agresta	Syr. de acetositate citri
Oxysacchara simplex	Syr. de portulaca
Oxysacchara comp.	Syr. de papavere
Syr. è berberis	Syr. de jujubis
Syr. è cydonijs.	Dosis cujuslibet horum syruporum est ab $\zeta$ j. usque ad $\zeta$ ij.

*Aquæ bilem contemperantes.*

( Scariolæ : endiviae : lactucæ :  
Aqua plantaginis : acetosæ : limonum :  
portu-

Aqua

E

Electu

Rosata

Diatra

Abbat

Diapr

Dof

No

sis est

assum

tabella

ctuari

tuenda

satis e

&amp; qua

cenda

sed un

aut du

piende

Co

Conf.

Conf.

Conf.

Conf.

Conf.



Aqua { portulacæ: nymphææ: rosacea  
 | scolopendrij: capil. ven. cichorij  
 \ curcurbitæ: cucumeris.

*Electuaria bilem cobibentia.*

Electuarium è tribus santalis:  
 Rosata novella: Electuarium de gemmis:  
 Diatragacanthum frig. Diarhodon:  
 Abbatis: Diamargariton frigidum:  
 Diapruni: Diacydonium.

*Dosis cujuslibet istorum est ℥j.*

Nota, quod cujuslibet electuarij do-  
 sis est ℥j. non tamen unica vice tota est  
 assumenda, sed singulis vicibus singulæ  
 tabellæ sunt capiendæ; & nisi adsint elec-  
 tuaria, eorum loco conservæ substi-  
 tuendæ. atque horum non traditur dosis:  
 satis enim est communem mensuram,  
 & quantitatem novisse, neque commif-  
 cenda omnia simul sunt, quæ scripsimus,  
 sed unum tantum per se exhibendum,  
 aut duo vel tria commiscenda sunt, ca-  
 piendo uniuscujusque partes æquales.

*Conservæ ad bilem, & earun-  
 dem dosis.*

Cons. rosarum	Cons. nymphææ
Cons. violarum	Cons. capill. ven.
Cons. corticum citri	Cons. buglossæ
Cons. papaveris	Cons. acetosæ
Cons. borraginis	Dosis cujuslibet
	harum



198 DE CURAN. VULNER.

harum conſervarum eſt ab ℥ſſ. ad ℥ij. plus minus, prout ægro convenit. vel ſic componantur.

℞ Conſervæ roſarum & violarum ana ℥ſſ. conſervæ capil. ven. ℥. j.

pulveris trium ſantalorum, ſpecierum diarbodon ana ℥ j.

ſacchari quod ſatis eſt miſce, & fiat conditum auro cooperitū. poſſunt etiam addi ea quæ roborant viſcera; ut os de corde cervi ad ℥ j. vel ij. aut ſiquid aliud tibi viſum fuerit, ut ſpodiū & ſantala, quorum doſis ut plurimum eſt ab una ℥ ad ℥ ij. His etiam conditis adduntur aliquando lapides, quorum doſis ut plurimum eſt ℥ j. vel ij. & quandoque limatura auri, cujus doſis eſt ℥ſſ. ℥ j. & ſic de aliis.

*Syrupi ad pituitam.*

Syr. è ſtoechade,	Syr. de Hyſſopo,
Syr. byzantinus	Syr. de praſſio,
Syr. de mentha,	Syr. è calamintha,
Syr. de artemiſia,	Syr. de eupatorio,
Oxymel ſcilliti.	Syr. è glycyrrhiza,
Syr. de abſinthio,	Oxymel ſimplex.

*Doſis eſt omnium æqualis ℥ ij.*

Aqua verbenæ	Saxifragiæ	Meliſſæ
Calaminthæ	Enulæ camp.	Salviæ
Aqua majoranæ	Satureiæ	Hyperici
Euphragiæ	Menthæ,	

eſt

O  
eſt ℥  
ad  
aqua  
nis,  
tur:  
cupis

Diaf  
Eleſ  
Aro  
Diac  
Diar  
Diar  
Diag  
Diar  
Diar  
Diar

The  
Aur  
Doſ  
etua  
vel.  
exhi  
℞



Omniū dictarū aquarū dosiſ  
eſt ℥ iij. ut ſemper aquæ dupla ratio ſit  
ad ſyrupum quem diluit. Sunt & aliæ  
aquæ, ut feniculi, petroſelini, grami-  
niſ, aſparagi; quarum ℥ iij. exhiben-  
tur: ſi verò plures aquas ſimul miſcere  
cupiſ, earum doſes augendæ.

*Electuaria ad pituitam.*

Diafurfurum	Dianthos cū muſcho
Elect. plir. cū moſcho	Diatrion pipereon
Aromaticū roſatum	Diaprassiū
Diacoftu	Diacalaminta
Diamenta	Diacymion
Diarhodon nilei	Diacaſtoriu
Diagalanga	Garyophyllatum
Diamarathru	Diazinziber.
Diaireos ſimpl.	Dianiſu
Diahyſſopum	Doſiſ cuiuſlibet
Diacaryon	eſt à ℥ ij. ad ℥ iij.

*Opiatæ ad pituitam.*

Theriaca Mithridatum Triſera mag.  
Aurea Alexandrina (ſine opio.  
Doſiſ iſtarum eſt à ℥ j. ad ℥ ij. Cum ele-  
ctuariiſ uti volueriſ, eorum doſiſ eſt ℥ j.  
vel. ℥ ſſ. ut tu viſ. ſi eadem in tabelliſ  
exhibere libet, doſiſ erit ℥ j. hoc pacto.  
℞ Diaireoſ ſpecierym diahyſſopu ana ℥ ſſ.  
ſacchari quod ſatiſ eſt, & ſiant tabellæ  
ponderiſ ℥ j. vel ij.



*Conservæ ad pituitam.*

Conservæ { auri : eryngiorum : anthos :  
 salviæ : enulæ camp.  
 corticum citri : ireos :  
 cyperi : zinziberis : citruli.

Nota, quòd istarum conservarum dosis est à ℥ j. ad ℥ iij. vel minus, & earum plus requiritur pro condito faciendò quàm pro tabellis. dosis in tabellis semper est à ℥ j. ad ij. in conditis ab ℥ j. ad ij. & si plura commiscenda sunt, singulorum est minuenda dosis. & hoc de omnibus aliis intelligendum, & multitudo mistorum à medicis non probatur.

*Syrupi ad humorem melancholicum.*

Syrupi { de agresta : de buglossa :  
 de borragine : de eupatorio :  
 è fumaria : byzantinus :  
 è calamintha : è scolopendrio :  
 è lupulis : de epithymo :  
 è tamarice.  
 Dosis ab ℥ j. ad ℥ ij.

*Aquæ ad humorem melancholicum.*

Aquæ { borraginis : Buglossæ : Tamaricis :  
 fraxini : Lupulorum : Genistæ :  
 fumarie : Rosarum : Melissæ :  
 calaminthæ : Scolopendrij.  
 Dosis ℥ ij. vel iij.

Ele-



*Electuaria humori melancholico con-  
ferentia post evacuationes &  
purgationes exhibenda.*

Pliris arcoticon Diambra  
Lætificans Galeni Elect de gemmis  
Diatrion: Santalon: Diarhodon Abbatis.  
Diamargariton.

Dosis istorum est ℥℥.

Si electuaria parata, & ad manus non  
habeas accipe eorundum species. Singu-  
lorum dosis erit ℥i. si multa simul com-  
miscantur addito saccharo eo modo,  
quo pulvis ducis parari consuevit, hoc  
pacto.

℞. Specierum elect. pliris cum moscho, spe-  
cierum lætificantis Galeni, specierum  
elect. de gemmis ana ℥i.

sacchari quod satis est, fiat electuarium  
in tabellis, vel ad modum pulveris ducis,  
cujus singulis diebus summo mane exhi-  
bendum erit cochleare unum cum aqua  
buglossæ,

*Conservæ ad humorem melan-  
cholicum.*

Conf. { borraginis: buglossæ:  
violarum: anthos: capill. ven.  
rosarum: Dosis istarum est  
ab ℥℥. ad ℥j.



*Opiatæ ad humorem melancho-  
licum.*

Requies magna cum aqua endiviæ, Ru-  
bea trochiscata, diarhodon. dosis ista-  
rum est ℥ j.

Nota, quòd præter dictas aliæ etiam  
sunt rationes componendorum medica-  
mentorum, quibus medicus indiget, ut  
sunt clysteres, pessi, vomitoria, apo-  
phlegmatismi, errhina, & alia. ut itaque  
junioribus medicis consulamus, brevif-  
simè & per compendium illorum com-  
ponendorum rationem explicabimus,  
& rudiori quodammodo, ne horum  
ignorantia errent, & à pharmacopolis  
irrideantur.

*Clyster ad ægritudines è frigida  
materia.*

℞. Quatuor emollientium ana m. j.  
absinthij, centaurij, abrotani, borraginis  
ana m. j.

quatuor seminum calidorum minorum  
ana ℥ ij.

florum rosmarini, stœchadis, genistæ,  
majoranæ ana m. j.

caricas pingues numero x.

sicerum rubeorum pug. ij.

fiat decoctio in aqua: in qua dissolvantur  
benedictæ. Hieræ picræ ana ℥ ℥. olei



olei liliacei, laurini ana ℥j.  
 mellis communis despumati ℥j. salis ℥j.  
 & fiat clyster, qui tepidus injiciatur.

Nota, quod in clysteribus herbae illae ponendae sunt, quae respiciunt partem affectam. ut si aegritudo in capite sit, addendae erunt betonica & salvia, si in hepate, absinthium & eupatorium; si in matrice, nepeta si validiores cupis, addere poteris diacartamum, aut alia pituitam educentia, ut agarici ℥j. aut turpantum si corrigantur.

*Clyster in materia calida.*

R̄. Malvae, betae, parietariae, flo. cucurbitae,  
 lactucae, endiviae ana m. j.

quatuor sem. frigidorum mundatorum  
 minorum ana ℥j.

flo. chamemeli, buglossae, borraginis  
 ana p. j.

Pruna, jujubas, sebesten, ana numero xij.  
 fiat decoctio in aqua, in qua dissolve dia-  
 cartami ℥j.

electuarij de succo ros. ℥iij.

olei violacei ℥ij.

mellis ℥j.

salis ℥j.

succi betae ℥ij.

fiat clyster, qui injiciendus est in modica  
 quantitate.

Nota, quod si aegritudo composita  
 I 6 fue-



fuerit, debent medicamenta componi; calida. s. & frigida miscenda sunt semina similiter: si ægritudo autem simplex fuerit, unius generis medicamentis uteris. & si particulare aliquod membrum roburare exoptas, adde simplicia, quæ membrum illud respiciant. in calida materia clysteribus addi poterunt folia bliti albi, & aliarum herbarum frigidarum, ad caliditatem intestinorum contemperandam. Alii succos etiam addere consueverunt, nempe cucurbitæ, aut betæ, aut melonum.

In materia frigida.

*Julebum in materia frigida.*

℞. Syr. è stœchade, de hyssopo, de mentha, de radicibus ana ℥ ss.

aquarum menthæ, betonicæ, apii, melissæ, ana ℥ v.

fiat julebum. aromatiza ℥ ij.

cinnamomi & ℥ j.

zinziberis, clarifica, ut decet, & utere.

Notandum, quòd si morbus in capite fuerit, aut pectore, aut stomacho; tunc ea medicamenta, quæ membrum illud respiciunt, augenda erunt. Si caput laboret, Syrup. è stœchade, aut oxymel scilliticum, in majori dosi exhibendi erunt quàm alii. si pectus sit malè affectum, tunc dosis sir. è prasio, aut de hyssopo augenda erit. Si stomachus malè ha-



habeat, syrupum de eupatorio, & aquam absinthij augebis. si renes oxymel diureticum, & aquam quinque radicum. si matrix, syrupum artemisiæ, & ejusdem aquam. & semper affectis membris sunt accommodanda medicamenta.

*Fulebum in materia calida.*

℞. Syrupi de endivia, è capill. ven. ana ℥ ij.  
oxyfacchari comp. ℥ ℞.  
aquarum lactucæ, endiviæ, buglossæ, acetosæ ana ℥ iiij.  
miscce, & clarifica, & aromatiza cum ℥ ij.

*santalorum rubeorum, & alborum.* Et nota, quòd syrupus violaceus non debet admisceri oxyfaccharo, vel syrupo acetoso: nunquam enim dulcia acidis sunt permiscenda in ægritudinibus pectoris, vel tussi: in passionibus nervorum exhiberi non debet oxyfaccharum, aut syrupus acetosus, nec intinctus cum aceto, aut rebus acidis factus, illis convenit: & pro ratione membrorum affectorum medicamenta illa respicientia sunt exhibenda. ut si caput calida intemperie laboret, syrupum è nymphæa, & ejusdem aquam augebis: si verò cor laboret, syrupus de buglossa, & rosaceus augendi si stomachus vel hepatis, syrupus endiviæ, & aqua ejus.



*Julebum in materia melancholica.*

R̄. Syrupi ex epithymo, de buglossa, de borragine, de fumaria ana ℥ ij.  
 aquarum lupulorum, tamaricis, fumarie, melissæ, buglossæ, ana ℥ iij.  
 misce, clarifica, aromatiza cum ℥ j. santalorum & cinnamomi. & illud animadvertite, ut medicamenta, quæ membrum affectum respiciunt, non obliviscaris, ut sæpius admonuimus.

*Julebum ad omnes humores.*

R̄. Syrupi è radicibus de byssopo ana ℥ ss.  
 Syrupi è fumaria, de endivia ana ℥ ij.  
 Syrupi de epithymo, de buglossa ana ℥ iij.  
 aquarum melissæ, acetosæ, borraginis, buglossæ ana ℥ iij.  
 misce, clarifica, aromatiza cum ℥ j. cinnamomi & utere.

*Julebum ad ventris fluxum  
compescendum.*

R̄. Syrupi myrthini, Syrupi è cydoniis: syr. rosati ℥ iij.  
 aquarum prunellorum, plantaginis, foliorum quercus ana ℥ iij.  
 misce cum aqua rosarum, clarifica, & fiat julebum.

Fu-



*Julebum contra pestem.*

℞. Syrupi de limonibus, de acetositate citri,  
 de agresta ana ℥ ij.  
 Syrupi de endivia, & Syrupi de prunis  
 agrestibus ana ℥ ℥.  
 Aquarum artemisiæ, acetosæ, rosarum bu-  
 glossæ, endiviæ ana ℥ iij.  
 misce & addita ℥ j.  
 Santalorum alborum; fiat julebum.

*De solventibus pituitosum  
humorem.*

℞. Fol. rosmarini, stachadis, borraginis,  
 buglossæ ana p. j.  
 quatuor seminum frigidorum majorum &  
 minorum ana ℥ j.  
 cicerum rubeorum p. j.  
 absinthij, betonicæ, hyssopi, borraginis  
 ana m. ℥.  
 senæ, thymi, epithymi, cuscute, agarici  
 ana ℥ j.  
 glycyrrhizæ rasæ ℥ ℥.  
 passularum mundatarum ℥ j.  
 fiat decoctio in aqua, in cujus colatura  
 dissolve turpeti ℥ j.  
 Zinziberis ℥ ℥.  
 & fiat potio. Aliter.  
 ℞. Diacartami ℥ ℥.  
 dissolve in aqua menthæ, & fiat potio.



*Medicinæ solutivæ fortes quæ indigent corrigentibus, hæ sunt :*

Dacridium, agaricus, scammonium, colocynthis, esula, turpetum, euphorbium, elleborus, mezereon, aloes, caraputia, lapis lazuli, lapis armeniacus, fena.

*Medicamenta quæ non indigent corrigentibus.*

Casia fistula, tamarindi, pruna, rhabarbarum, fumaria, polypodium, myrobalanorum omne genus, epithymus, manna, passulæ, borrago, & similia.

*Ad calorem febrilem.*

℞. Conservæ rosarum, violarum, nymphææ, acetosæ ana ℥ ℥.

Specierum antidoti diarhodon ℥ ij.

Syrupi, rosati, & de acetosuate citri, quod satis est.

*De medicamentis, prout peculiarem corporis partem respiciunt, & primo ad frigidas capitis ægritudines.*

Syrupus è stœchade, oxymel, mel rosatum : aqua salviæ; rutæ, betonicæ.

*Ad*



*Ad calidas capitis ægritudines.*

Syrupus violatus, è nymphææ : aqua melissæ, endiviæ, lactucæ.

*Ad ægritudines frigidas pectoris.*

Syrupus de epithymo, è glycyrrhiza, de praffio, de hyssopo : aquæ calaminthæ, enulæ.

*Ad calidas ægritudines pectoris.*

Syrupus violatus, jujubarum, papperis, aquæ nymphææ, & lactucæ.

*Ad ægritudines frigidas cordis.*

Syrup. de borragine, de buglossa : aquæ melissæ, & enulæ camp.

*Ad calidas ægritudines cordis.*

Syrupus de agresta, violatus è nymphææ : aquæ violarum, rosarum, nymphææ.

*Ad calidas ægritudines stomachi.*

Syrupus de mentha, de absinthio, è calamintha : aquæ pulegij, levistici.

*Ad frigidas ægri. intestinorum.*

Syrupus è mentha, de absinthio : aquæ pulegij & sambuci.



*Ad calidas ægrit, intestinorum.*

Syrupus myrthinus, de agresta, de cydoniis, rosatus: aquæ portulacæ, & plantaginis.

*Ad ægrit. frigidas hepatis.*

Syrupus de epithymo, de eupatorio, è fumaria: aquæ fumaricæ, & scabiosæ.

*Ad ægrit. calidas hepatis.*

Syrupus è papavere, syrupus acidus, oxysaccharum: aquæ fumaricæ, cichorij.

*Ad frigidas. ægrit. splenis.*

Syrupus è scolopendrio, è calamintha, oxymel, scilliticum: aquæ fceniculi, & de radicibus.

*Ad calidas ægrit. splenis.*

Syrupus è nymphæa, è capillis veneris, aquæ capill. ven. cichorij.

*Ad ægrit. frigidas renum.*

Syrupus de radicibus, oxymel, aquæ abrotani, & saxifragicæ.

*Ad ægrit. calidas renum.*

Syrupus de agresta, è portulaca, aquæ plantaginis, & portulacæ.



*Ad ægrit. frigidas matricis.*

Syrupus de hyssopo, de artemisia,  
de radicibus, de calamintha: aquæ artemisiae, salviae, melissæ.

*Ad ægrit. calidas matricis.*

Syrupus de endivia, de portulaca:  
aquæ virgæpastoris, endiviæ.

*Ad ægrit. frigidas juncturarum.*

Syrupus è stœchade, acidus, scilliticus:  
aquæ calaminthæ, pulegij.

Aloes humores biliosos, & pituitam purgat.

Agaricus pituitosos humores, & adustos;  
pulmonem, nervos juncturas.

Casia fistula bilem, & pituitam educit.

Rhabarbarum, bilem flavam, capitis humiditates, & omnium membrorum.

Elleborus albus, humorem melancholicum, & adustam bilem purgat ab universo corpore.

Fumaria adustos humores, cor, hepatis, & cerebrum expurgat.

Sena, humorem melancholicum, & adustam bilem.

Polypodium, bilem adustam; & humorem melancholicum educit.



<i>Quatuor semina frigida minora.</i>	{	Semen lactucae
	{	Semen portulacae
	{	Semen endiviae
	{	Semen scariolae.
<i>Quatuor semina frigida majora :</i>	{	Melonum
	{	Cucurbitae
	{	Cucumeris
	{	Citruli.
<i>Quatuor semina calida majora :</i>	{	Foeniculi
	{	Anisi
	{	Cumini
	{	Carvi.
<i>Quatuor semina calida minora :</i>	{	Ammeos
	{	Amomi
	{	Apij.
	{	Dauci.
	{	Malva
<i>Quinque herbae emollientes.</i>	{	Parietaria
	{	Blitum
	{	Branca-ursina
	{	Mercurialis.
<i>Quatuor flores communes.</i>	{	Rosae
	{	Violae
	{	Flores borraginis
	{	Buglossae.
<i>Quinque radices communes.</i>	{	Apij
	{	Petroselinii
	{	Rusci
	{	Asparagi
	{	Foeniculi.



Quatuor aquae cordiales : { Aqua scabiosae  
 { Endiviae  
 { Cichorii  
 { Buglossae.  
 Herbae capillares : { Adiantum  
 { Polytrichon  
 { Scolopendrium  
 { Cuscuta.  
 Quatuor unguenta calida : { Unguentum de althaea  
 { Unguentum aregon  
 { Unguentum marciatū  
 { Unguentum agrippae.

*Diamargariton frigidū magistrale.*

℞ Margaritarum albarum ℥ iij.

hyacinthi ℥ i. ℞.

coralli rubei, boli armenii, succini ana ℥ j.

spodii, rasurae eboris, cornu cervi, usti  
 ostis de corde cervi, serici crudi, corticis  
 citri, sem. papaveris albi, sem. acetosae,  
 sem. portulacae ana ℥ j. ℞.

tormentilla, glycyrrhizae, amyli, ligni  
 aloes ana ℥ j. ℞.

santali albi, & rubei ana ℥ ij.

santali citrini, coriandri preparati, gummi  
 arabici, gummi tragacanthi, ro-  
 sarum rub. ana ℥ ij. camphorae ℥ i.

quatuor sem. frigidorum mundatorum ana  
 ℥ i.

moschi ambaris ana G. v.

auri & argenti ana numero x. misce, &  
 fiat pulvis. Pul-



*Pulveres roborantes magistrales.*

℞. Glycyrrhizæ rosarum anisi ana ℥ ij.  
 sem. papaveris, succi glycyrrhizæ, amyli,  
 sem. portulacæ, sem. lactucæ, sem.  
 scariolæ, sem. cydoniorum, flo, bor-  
 raginis ana ℥ iiij.  
 diapapaveris ℥ iiij.  
 gummi ℥ j.  
 gummi arabici, santalorum alborum, &  
 rubeorum ana ℥ iiij.  
 cinnamomi, styracis, sem. bombacis.  
 sem. malvæ, berberi, florum nym-  
 phæ violarum ana ℥ ij.  
 ambaris moschi ana ℞. vj.  
 misce, & fiat pulvis.

*Pulvis ad casum.*

℞. Rhabarbari ℥ j.  
 mumie ℥ ij.  
 rubæ tinctorum ℥ j. ℞.  
 misce, & fiat pulvis.

*Confectio hyacynthorum magistralis.*

Cordia-  
 lis con-  
 fectio.

℞. Hyacinthi, coralli rubei, terræ sigillatæ,  
 tormentiellæ, dictamni, grani tinctorii,  
 sem. citruli, croci, myrrhæ, rosarum  
 santalorum omnium, ossis de corde cer-  
 vi, sem. acetosæ, sem. portulacæ,  
 rasuræ ana ℥ iiij.  
 sapphiri, margaritarum, topazii serici  
 crudi, auri argenti ana ℥ ij.

can-



camphoræ moschi ana ℥ j.  
 ambaris ℞. vj.  
 Syrupi limonum quod satis est, misce, &  
 fiat confectio cordialis.

*Diamoschu magistrale.*

℞. Galangæ, Zedoariæ, doronici, ben albi,  
 & rubei, calami aromatici, garyophil-  
 lorum, ocimi, serici combusti, carda-  
 momi, mastichis, melissæ, menthæ sive  
 spodii, ligni aloes, coriandri  
 preparati feniculi, anisi ana ℥ j. ℞.  
 spicæ, cinnamomi, rosarum, absinthii  
 ana ℥ j.  
 mellis crudi quod satis est, misce.

*Theriaca è citro magistralis.*

℞. Sem. citri mundatorum, ℥ iij.  
 sem. acetosæ ℥ ij.  
 dictamni, sem. cydoniorum, sem. bom-  
 baxis ana ℥ v.  
 medullæ nucum ad pondus omnium. Syru-  
 pi de acetositate citri quod satis est mis-  
 ce, & fiat confectio.

*Limonata smaragdorum.*

℞. Smaragdi ℞. x.  
 hyacinthi ℥ j. ℞.  
 sem. peoniæ, cinnamomi, rad. peoniæ  
 ana, ℥ iij.  
 sem. citri, dictamni ana ℥ vj.  
 coralli rub. grani tinctorii, sem. acetosæ  
 ana ℥ iij. croci



croci ℥ j.

visci quercini, rasura eboris, galangae  
limonatae ana ℥ ij.

mellis quod satis est, misce.

*Confectio ad humores melancholicos  
Gentilis.*

℞. Senae, cinnamomi, croci, sem. anethi,  
apij petroselini ana ℥ j.

melissae, corticis, citri, caryophyllorum,  
ben. albi & rubei, zedoariae, sem. oci-  
mi caryophyllati ana ℥ j.

thymi. epithymi, flo. buglossae, rosarum,  
borraginis, polypodij ana ℥ ij.

turpeti ℥ v.

hermodactylorum ℥ iiij.

lapidis lazuli, lapidis armeniaci, myro-  
balanorum, cepulorum, empeliticor-  
um ana ℥ vj.

dacridij ℥ ij.

cum duabus partibus mellis, & una sac-  
chari, fiat confectio.

*Confectio caelestis Guidonis.*

℞. Sem. juniperi ℥ j. ℞.

caryophyllorum, mastichis nucis moscha-  
tae, Zinziberis, Zedoariae, ana ℥ ij.

utriusque aristolochiae, gentianae, tormen-  
tillae, dictamni, enulae

ana ℥ ij. ℞.

salviae, ruta, balsamite, polij montani,  
menthae ana ℥ j.

bac-



baccarum lauri, doronici, croci, sem. citri,  
 ocimi, mastichis, olibani, boli armenij,  
 terre sigillate, spodij, ossis de corde  
 cervi, rasuræ eboris, margaritarum,  
 fragmentorum smaragdi, zapphiri,  
 coralli rubei, ligni aloes, santalorum  
 rubeorum, moschate, lignea ana ℥ ss.  
 conservæ rosarum, conservæ nymphæe,  
 theriacæ ana ℥ j.  
 sacchari ℥ iij.  
 fiat electuarium cum aquis scabiosæ rosa-  
 rum, & modico camphoræ.

*Composita medicamenta album  
 laxantia.*

Diacatholicon	Nicol.
Diasena	Nicol.
Electuar. de succo ros.	Nicol.
Catharticum imperiale	Nicol.
Diaprunis solut.	Nicol.
Hiera picra comp.	Gal.
Diaprunis	Nicol.
Hiera ruffi	Mes.
Diacartamum	Arnol.
Hiera logadij	Nicol.
Confectio contra melancholiã	Gentilis
Hiera picra	Gal.
Confectio hamech	Mes.
Benedicta	Nicol.
Elect. elefscoph.	Mes.
Diacassia	Nicol.
	Ele-



*Electuarium diacartainum magistrale.*

℞. Specierum diatragacanthi ℥ ℞.  
 pulpæ cydoniorum ℥ ij.  
 zinziberis, hermodactylorum ana iiij.  
 pulpæ cartami ℥ vi.  
 dacridii ℥. iiij.  
 turpeti ℥ j.  
 mellis rosac. ℥ ij.  
 sacchari ℥ xvj.

*De conditis.*

Conserva rosarum	Mes.
Conserva acori	Mes.
Conserva violarum	Mes.
Citra condita	Mes.
Conserva borraginis	Mes.
Conserva buglossæ	Mes.
Conserva nymphææ	
Conserva stœchadis	
Loch de pino	
Loch de succo scillæ	
Loch de caulibus.	

*Syrupi:*

Syrup. è fumaria. S.	Mel rosatū colatū
Syr. è fumaria com.	Mel emblicorum
Syr. de mentha	Syr. de stœchade
Syr. byzantinus.	Syr. è succo borrag.
Syr. de absinthio	Syr. rosaceus
Syr. de eupatorio	Diamoron
Sy. de scolopendrio	Diacaryon

Syr.



R.

a-

ij.

latū

om

ade

orrag.

Syr.

Syr. acetosus simpl.	Miva aromatica
Syr. acetosus comp.	Syr. è glycyrrhiza
Syr. de acetositate citri	Syr. de pomis
Syr. de agresta	Syr. de praffio
Oxymel scilliticū.	Syr. de hyffopo
Miva cydoniorum	Syr. de endivia
Syr. myrtinus	Syr. capill. ven.
	Oxymel diureticū

*De Pilulis.*

Pilulæ	{	de rhabarbaro :	è lapide lazuli:
		alephanginae :	assajeret
		è fumarìa :	de lapide ar-
		aggregatiuæ :	menio :
		de opopanace :	è sagapeno :
		foetidæ majores:	de mezereoo:
		foetidæ minores:	aureæ :
		stomachicæ min:	de hiera :
		stomachicæ mai:	cochiæ :
		contra pestem :	
linguæ subditæ	Nicol :		
bechicæ	Joan. Dam :		
de hermodactylis :			
è quinque generibus miroba-			
lanorum Nicol :			

Notandum, quòd cùm quis humorem viscidum, & pituitosum educere vult, medicamento salis gemmæ modicum adjiciat: irritabit enim expultricem facultatem. Dosis scrupulum unum non excedat.